adeo confuſum, ut quid ſit primum, quid ultimum, quid ad textum, quid ad notas referendum ſit plane non eſſet obvium. Extabant non mediocria ſigna ſcribæ latinè neſcientis, cum nec comma, nec colon, nec puncta ſuis inſerta locis, nec Ortographiæ leges obſervatæ, ſed omnia una eademque ſerie, majuſculis quæ minuſculis, minuſculis quæ majuſculis extare debuiſſent literis, ſummaque incuria obſignata potius quam conſignata. Hæc quidem initio Bibliopolam videbantur abſterrere à propoſito ſuo, at memor fatale hoc fere hujus Authoris excellentiſſimis eſſe ſcriptis, ut ex Ethicis patet, virum quendam hac in re non parum exercitatum quæſivit, qui pro facultate prædictas emendaret mendas, quod & pro virili factum,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 3;ZEN Leibn. Marg. 1, [9] - -
PUBLIC DOMAIN